

XXVII. PRÆCEPTVM. QVANTVM IN

dato tempore Boreus limes, aut nodus euehens Lunam moueatur in
præcedentia, uel à medio loco ☉ uel à prima stella V, uel à
medio æquinoctio, uel etiam ab apparen-
ti æquinoctio.

Ad datum tempus ex Canonibus æqualium motuum habeas tum
simplicem ☉, tum compositum, item longitudinis D à ☉, & latitudi-
nis eiusdem. Si abstuleris iam motum longitudinis D à motu latitudi-
nis, reliquus fiet motus Borei limitis à medio loco ☉. Si ex hoc rurs-
sum abieceris æqualē quidem simplicē ☉, habebis reliquū motū eius-
dem limitis à prima stella V, sed motū compositū si remoueris inde,
erit reliquus motus à medio æquinoctio. Quod uero de motu Borei li-
mitis dixi, accipiendū similiter est tum de altero Austrino limite, tum
uero de utroq; nodo Lunæ tam euehente, quàm deuehente, eò quòd
hæc puncta semper inter se distant quadrantibus circulorum, & dia-
metri ductæ fecent se $\pi\rho\delta\epsilon\zeta\theta\chi\iota\kappa$, ac Boreum quidem limitem anteces-
dit in præcedentia nodus euehens gradibus 90. sicut hæc traduntur us-
berius in Elementis. Exemplum subiungo. Volo scire motum diurnū
Borei limitis. Diurnus igitur æqualis, solis quidem simplex est part. 0.
scr. 59 1^a, 8 2^a, 11 3^a, 22 4^a. Ut reliqua sanè nunc omittantur, composi-
tus uero part. 0. scr. 59 1^a, 8 2^a, 19 3^a, 37 4^a, longitudinis D à ☉ parti-
um 12. scr. 11 1^a, 26 2^a, 41 3^a, 30 4^a, & latitudinis partium 13. scr.
13 1^a, 45 2^a, 39 3^a, 31 4^a. Iam si diurnus longitudinis D auferatur à
diurno latitudinis, reliquus fit diurnus Borei limitis à medio loco ☉
part. 1. scr. 2 1^a, 18 2^a, 58 3^a, 1 4^a. Hinc si primum abieceris diurnum
☉ simplicem, reliquum facies motum Borei limitis diurnum à prima
stella V, part. 0. scr. 3 1^a, 10 2^a, 46 3^a, 39 4^a. At si abieceris illinc mo-
tum ☉ compositum, reliquus erit motus limitis à medio æquinoctio
part. 0. scr. 3 1^a, 10 2^a, 38 3^a, 24 4^a. Atq; hæc, ut dixi, similiter accipi-
enda sunt & de Austrino limite, & de utroq; nodo D , eo quòd hæc 4.
puncta ipsdem semper ac quidem æqualibus interuallis disiuncta cir-
cumferuntur. Ad eundem modum ratiocinaberis motum 30. dierum,
uel anni, unius aut plurium.

Borei limitis
Integra periodus
in præcedentia.

Ac ut obiter hoc quoq; adiiciam, motus Borei limitis in præceden-
tia absoluit integrum circuitum, ad stellas quidem fixas diebus 6793.
horis ferè 6. sed ad medium æquinoctium diebus 6798. horis ferè 4.
nimirum aliquanto tardius, propterea quòd & medium æquino-
ctium à prima V stella in præcedentia remouetur. Cæterum si inte-
grum circuitum uel 6. sexagenas partium distribueris in motum diur-
num